UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio Secunda. Conventus Religiosorum si institutus sit sub conditione, ut dicti religioso obtineant dispensationem Apostolicam, quo ad Bullas prohibentes ædificare nova monasteria, nisi adsint ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

DECISIO SECUNDA.

Conventus Religioſorum ſi inſtitutus ſit hæres ſub conditione, ut dicti religioſi obtineant diſpenſationem Apoſtolicam, quo ad Bullas prohibentes ædificare nova monaſteria, niſi adſint reditus pro ſuſtentatione 12. Religioſorum, & in caſu, quod non fuerit obtenta, teſtator fecerit aliam ſubſtitutionem, quæritur hîc, quandò dicatur locus dictæ ſubſtitutioni.

R.P.D. MELTIO.

Romana Hæreditatis.

Eſt inter recent. deciſ. 14. par. 13.

Lunæ. 28. Aprilis. 1659.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ, quandò ſunt conformes, validæ & juſtæ, ſunt exequutioni demandandæ.*

2 *Statuta Urbis uti confirmata à Papa, comprehendunt non ſolum Laicos, verum etiam loca pia, monaſteria, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas,*

3 *Sententia ſecunda dum ſimpliciter confirmat primam, ſanè dicitur conformis.*

4 *Sententia ſecunda dicitur conformis primæ, dum concordat in ſubſtantia.*

5 *Sententiæ validitas non eſt controvertenda dum apertè apparet de ea.*

6 *Diſpoſitio, quandò eſt conditionalis, ſi conditio non adimpleatur, ceſſat, ac evaneſcit talis diſpoſitio.*

7 *Diſpoſitio facta ſub explicita conditione, non aliàs aliter &c. removet conſenſum ab actu, dum id non verificatur.*

8 *Actus conditionalis cum clauſula, non aliàs, &c. ſi non verificatur, redditur actus omninò fruſtratorius.*

9 *Conventus Religioſorum quod non poſſint erigi cum minori numero 12. Religioſorum, ſuper hoc adſunt plures conſtitutiones pontificiæ, nempè S.M. Gregorii XV. & Urbani VIIII.*

10 *Conſtitutiones papales emanatæ in executionem decretorum ſacræ alicujus congregationis an habeant locum in Urbe.*

11 *Conſtitutiones pontificiæ generales omnes comprehendunt indiſtinctè.*

12 *Actus promulgationis Bullarum pontificiarum ipſimet ordinanti, non autem exequenti tribuendus eſt.*

13 *Actus tribuitur ordinanti, non autem exequenti.*

14 *Roma*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14 Romæ, nullus adeſt ordinarius præ-
ter ſummum Pontificem.
15 Ordinarii appellatione veniunt omnes,
qui exercent juriſdictionem ordinariam,
quaſi epiſcopalem, licet ſint collatores in-
feriores. Num. 15.
16 Cardinalis Vicarius exercet in Urbe
ordinariam juriſdictionem.
17 Cardinalis Vicarius eſt loco Ordinarii,
& venit appellatione ordinarii.
18 Bulla fel. record. Pii V. circa concur-
ſus beneficiorum habet locum in Urbe.
19 Verba generalia apta ſunt omnia gene-
raliter comprehendere.
20 Bullæ pontificiæ locum etiam habent in
loco, in quo publicantur.
21 Conſtitutiones pontificiæ prohibentes ere-
ctiones novorum conventuum, niſi in
eis poſſint ſuſtentari 12. perſonæ, an di-
cantur hodie modificatæ & num. 22.
& 23.
24 Rota reverenter obſervat decreta con-
gregationum S.R.E. Cardinalium.
25 Actui quando fuit præſcripta certa, &
præciſa forma, non poteſt ea omitti ſine
totali diſtractione ipſius actus.
26 Actus nullitate laborantes quando lex
cenſeatur voluiſſe convalidare.
27 Confirmatio conſtitutionis non cenſe-
tur nullitatis actum tollere, ſi fuerit fa-
ctus contra legem.
28 Factum nudum eſt attendendum.
29 Ad purificationis conditionis effectum,
ſola exiſtentia, & purum factum at-
tenditur.
30 Derogatio alicujus conſtitutionis obten-
ta à Papa, quando dicatur invalida.
31 Conſtitutio papalis munita, clauſula
ſublata, & decreto irritanti, ut di-
catur ei derogatum, requiritur ſpecia-
lis derogatio.
32 Gratia dicitur ſubreptitia, dum non
fuit narratum principi id, quod reddi-
diſſet difficiliorem ad conceſſionem gra-
tiæ.
33 Declarationi Principis, qui aliquid con-
ceſſit, ſtandum eſt.
34 Principis mens quod non fuerit conce-
dendi aliquam gratiam ex quo depre-
hendatur.
35 Verba quæ ob reverentiam dicuntur,
non inducunt diſpoſitionem.
36 Verba quæ factum ſupponunt, nullam
inducunt diſpoſitionem.
37 Teſtatoris voluntas eſt omnino atten-
denda, & maximè ſi ſit præciſa.
38 Inſtitutio hæredis facta à teſtatore ſub
aliqua conditione, ſi non adimpleatur,
inſtitutio defeciſſe dicitur, & fit locus
ſubſtitutionis.
39 Conditionaliter ea, quæ diſponuntur, ſi
conditio ſit voluntaria, non ſufficit per æ-
quipollens adimplementum.
40 Conditio quando eſt voluntaria, re-
quiritur ad implementum formale, &
ſpecificum.
41 Et maximè quando in eventu non pu-
rificatæ conditionis eſt facta particularis
proviſio.
42 Bona Eccleſiæ non poſſunt ab ea diſ-
membrari ſine beneplacito Apoſtolico.

SUper hæreditate Joannis Victorii de Rubeis Patribus congregationis B. Pe[illegible]
de Piſis in tabulis teſtamentariis relicta ſub illa expreſſa conditione, *che debb-*
no ottenere della Sede Apoſtolica Bolla, ò Breve, che deroghi à tutte, e ſingole con[illegible]
tutioni de Sommi Pontifici mentre vitiſiano, che ordinano, non poterſi fondare e erig[illegible]
Monaſterii, ò Caſe de Religioſi, dove non poſſono vivere almeno 12. e non potendo
non volendo ottenerla in termine di ſei meſi, cominciando dal giorno della mia morte l'he-
redità vada alli RR. D. Roccho Rochi &c. tres emanarunt ſententiæ. Prima nempè
coram Eminent. D. Cardinali Urbis Vicario, in qua ob non implementum ſupradicti
oneris Patribus per teſtatorem injuncti immiſſio decreta fuit Roccho de Rocchis,
& litis conſortibus, uti ſub contraria diſpoſitione vocatis; ſecunda coram Reve-
rendiſſ. Tarraconen. prioris revocatoria ex eo, quod dd. Patres, vel potuerint
credere, nullam adeſſe conſtitutionem pontificiam, quæ ſaltem derogationem
requirat, vel quod numerum duodenarium ſupplere poſſent ex aliis reditibus ipſius
Congregationis, ſive ex eleēmoſynis, quæ à Chriſti fidelibus in concurſu ad Ec-
cleſiam erigendam fieri potuiſſent; tertia denique coram Rever. P. D. meo Alber-
gato, in qua prævia revocatione ſecundæ, fuit confirmata ſententia immiſſionis pri-
mo loco promulgata per dictum Eminentiſſimum D. Cardinalem Vicarium. Unde
cum ab ea dd. Patres reclamaſſent, cauſa mihi in quarta inſtantia commiſſa du-
bitavi, an conſtet de duabus, quæ ſint exequendæ, & pluries propoſito dubio
ſemper partibus altercantibus, hodie tandem in ſexta propoſitione fuit per Domi-
nos capta reſolutio affirmativa, reſpondendo ſcilicet, ſententias prædictas Eminen-
1 tiſſ. D. Cardinalis Vicarii, & R. P. D. mei Albergati eſſe in omnibus confor-
mes, & uti validas, ac juſtas exequutioni fore demandandas juxta diſpoſitionem
ſtatuti Urbis. *Lib.1. cap.180.* Ubi *Fenzon. ſub num. 54.* Cum illud tanquam Papale
comprehendat, nedum perſonas Laicas, verum etiam loca pia, monaſteria, ac a-
lias perſonas Eccleſiaſticas, ut ſæpè firmavit *Rota, & ſignanter deciſ. 452. num. 1.*
par. 1. diverſ. coram Cavalc. deciſ. 616. num. 2. coram Buratto deciſ. 197. num. 2. in
Romana cenſuum 27. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Bevilaqua, & in Romana
Canonicatus 21. Februarii 1656. coram Dunozetto.

Conformitas autem illarum redditur indubitata, dum ſententia d. R. P. D.
3 mei Albergati ſimpliciter primam confirmat *Summario Rocchi dato ſub die 14. Junii*
4 *1656. num. 3.* licet ad iſtum effectum ſatis eſſet conformitatem adeſſe in ſubſtantia
ſecundum *Gabr. de exequut. rei judic. concl. 1. num. 33. Theſaur. deciſ. 128. numer. 2.*
Rota deciſ. 98. num. 3. part. 1. recent. in Milevitana pecuniaria 28. Aprilis 1656. & in
Romana domus, ſeu domorum 27. Aprilis 1657. coram R. P. D. meo Priolo §. unde con-
formitas &c.

Validitas etiam non controvertitur, nec poteſt in dubium revocari, quia
5 ex revolutione actorum conſtat de commiſſione cauſæ, de ſolitis citationibus, &
aliis re-

alis requiſitis per *Vulgat. deciſ. Caputaq.760. part.2. & deciſ.279.num 1. part.7.*
rucent.

Juſtitia verò plenè reſultat ex eo, quod cum dd. Patres eſſent inſtituti ſub illa conditione impetrandi breve derogatorium conſtitutionum prohibentium con- 6
…ſtionem Conventuum, & Monaſteriorum cum minori numero duodecim fra-
…um intra ſex menſes à die obitus teſtatoris, *& non aliàs*, utique ea non adimple-
…a diſpoſitio facta ad illorum favorem ſub explicita conditione, *& non aliàs*, quæ 7
removet conſenſum ab actu, quotieſcunque aliter ſequeretur, quam ſupra diſpo-
ſitum eſt ſecundum *Cancer. Var. reſol. par.3. cap. 2. num. 100. & ſeq. Rota dec.619.*
num.2.p.1.rec. & in Rom. ſucceſſionis 27. Maii 1658. §. quod facilius verſ. & denot.
coram R.P. D. meo Albergato. Redditur inefficax perindè ac ſi facta non fuiſſet. *L.* 8
ſi ita fuerit. 13. ff. de manumiſſ. teſtam. Rota in Caſanaten. Hæreditatis 24. Martii
1651. §.1. coram Bon. mem. Dunozetto cum aliis relatis in deciſione huius cauſæ ſub die
10. Decembris 1655 coram eodem R.P. D. meo Albergato in §. primo.

Nec dubitarunt Domini, adeſſe conſtitutiones Apoſtolicas prohibentes di-
ctam erectionem Conventuum cum minori numero duodecim Religioſorum, cum 9
id clarè apparet ex Bulla Sanct. Mem. Greg. XV. edita anno 1622. in qua inhæren-
do dictus Pontifex præcedenti conſtitutioni Clementis VIII. præcepit, ne in fu-
turum aliter in quocunque loco erigi poſſent conventus, ac monaſteria, niſi in eis 10
ſaltem duodecim fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi inhabitare valeant, *ut in*
Bullar. nov. tom. 4. conſtit. 31. §.3. fol. 316. quæ confirmata fuit à Sanct. memor. Ur-
bano VIII. anno *1624. in eodem Bullar. tom.4. conſt.25.* quarum etiam meminit *Bar-*
bos. de jur. Eccleſ. lib.2. cap.12. num.7. & 15.

Non obſtat quod in contrarium dicitur ab informantibus pro dd. Patribus,
nempè conſtitutiones prædictas tanquam emanatas in executionem decretorum ſa- 11
cræ congregationis Regularium non habere locum in Urbe, quia dum eadem de-
creta emanarunt juſſu Pontificis, & ab eo ſucceſſivè approbata, ac inſerta fuerunt
inter alias conſtitutiones generales, comprehendunt omnes indiſtinctè, & haben- 12
tur perindè ac ſi eſſent leges pontificiæ, ac jus papale *per tex. in l.1.§. ſed neque, &*
§. omnia. C. de vet. jur. enucl. Rota deciſ.452. num.1. par.1. diverſ. poſt pac. f. de ſalu. in-
terdict. deciſ.250. num.6. & 7. poſt Pic. ad Stat. Urb. deciſ.39. num.4. Garz. de benef.
in præf. circa med. Barbos. d. tract. de Jur. Eccl. par.1. cap.4. num.81. Add. ad Buratt. deciſ.
479. num.21.

Nam actus promulgationis tribui debet ipſimet ordinanti, non autem exe-
quenti, *Cap. ſi Apoſtolica de præben. in 6. Lezan. quæſt. regul. verb. ſacra Congregatio n.7.* 13
tom.3. Rota coram Cavalerio dec.45.n.3. in Cæſarauguſtana diſtributionum 26. Aprilis
1632. verſ. Quantum attinet ad ultimum coram Coccino, & in alia Cæſarauguſtana di-
ſtributionum 13. Januarii 1640 in princ. coram Bon. Me. Card. Panzirolo.

Neque ex

Neque ex eo, quod tales conſtitutiones, ſeu decreta loquuntur de ordi-
nariis, prætendi poteſt, Pontifices conditores noluiſſe ſub illis comprehendere Con-
24 ventus erigendos in Urbe, ubi nullus adeſt ordinarius præter Papam, quia cum
de jure appellatione ordinarii veniant omnes, qui juriſdictionem ordinariam,
25 quaſi Epiſcopalem exercent, licet ſint inferiores collatores, ut notat *Gloſ. in cap. or-*
dinarii verb. locorum, ubi Franc. numer 3. & Gemin. numer. 5. de offic. ordin. in 6. Abb.
in cap. poſt ceſſionem num. 1. de probat. Cardin. in Clementina quia Regulares num. 11.
vers. qua res de ſupplen. neglig. Prælat. Seraph. deciſ. 1402. numer. 5. Coccin. deciſ. 346.
numer. 1. Rota diverſ. deciſ. 798. numer. 3. & 4. par. 4. Itaque Eminentiſ. D. Cardina-
26 lis Vicarius, qui hujuſmodi juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem exercet, loco Or-
dinarii haberi debet, & in conſtitutionibus loquentibus de Ordinariis cenſetur
comprehenſus, ut tradit *Veſtr. in prax. lib. 2. cap. 16. numer. 1. Ridolphin. ſimiliter in ſua*
praxi lib. 1. cap. 2. numer. 75. Scac. de Judic. lib. 1. cap. 25. numer. 1. Sbroz. de offic. vicar.
lib. 1. quæſt. 3. numer. 19. Ita etiam nuper ſenſit Sanctiſ. D. N. Alexand. VII. ſub die 28.
Martii 1658. in cauſa Romana Vicariæ propoſita in ſacra Congregatione viſitatio-
nis Apoſtolicæ, in qua ad relationem eminentiſſimi D. Cardinalis Roſpiglioſi de-
27 claravit Conſtitutiones Apoſtolicas, & præ cæteris illas Sanct. mem. Pii V. ſuper
concurſu, & Vicariis habere locum in Urbe, & ſub nomine Ordinarii dictum
28 Eminentiſſimum D. Cardinalem Vicarium comprehendi, & ſic non eſt dubium,
quin etiam ipſamet civitas Urbis illi ſubjecta cenſeri debeat.

Comprobantur inſuper prædicta ex generalitate verborum dictarum con-
ſtitutionum, ibi, *in quacunque civitate, & quocunque loco*, quæ ſanè apta verba
29 ſunt comprehendere etiam illas civitates, & loca ſpeciali notâ digna. *Barboſ. dict.*
317. numer. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 96. numer. 10. Rota in Bononien. Bonorum 17.
Martii 1649. §. cui Regula coram bon. mem. Bichio, & eò magis confirmantur ex
illarum publicatione facta in Urbe, quæ cum præ ſe ferant legem univerſalem,
ut ſuperius dictum eſt, debent etiam in loco publicationis obſervari *§. ſed, &*
20 *quod Principi, ubi Aretin. numer. 1. & Ioan. Faber. in princip. inſtit. de jure naturali*
gentium, & civili, Felin. in cap. in cauſis numer. 3. verſ. regulare de re judic. Navarr.
conſ. 1. à numer. 14. uſque 23. de Conſtit. Marol. Theolog. moral. tomo 2. diſp. 4. cap. 4. num.
260. & ſeqq.

Nec relevat, quod prædictæ conſtitutiones Greg. XV. & Urbani VIII.
dicantur abrogatæ, ſeu modificatæ per aliam Conſtitutionem ejuſdem Urbani e-
ditam de anno *1625.* eod. Bullar. la. 43. fol. 59. in qua ſub §. 14. diſponitur, quod
Monaſteria & Conventus poſtea erigendi, in quibus duodecim Religioſi ſuſten-
21 tari, atque habitare non potuerunt, omnimodæ juriſdictioni ordinariorum ſub-
22 jecti intelliguntur, quaſi quod dictus Pontifex arbitrio Ordinariorum commi-

erit facultatem erigendi Monaſteria ſine dictis circumſtantiis, remittendo pœnam nullitatis erectionis in antecedentibus Conſtitutionibus appoſitam; quandoquidem penitus tolli viſum fuit, tum ex decreto ſacræ Congregationis Concilii deſuper edito ſub die 13. Aprilis 1652. in quo prævià narrativà, quod extabant dictæ 23
Conſtitutiones prohibentes erectionem Monaſteriorum non ſervatâ dictâ formâ in eis præſcriptâ, fuit reſolutum Decretum fel. recor. Urbani Octavi non eſſe correctorium ſeu abrogatorium antecedentis Conſtitutionis Gregorii XV. cui qui- 24
dem declarationi ſummoperè deferri debet, ſicuti ſemper reverenter obſervat Ro-
ta, ut dixit coram Buratto deciſ. 479. numer. 1. coram Cavaler. deciſ. 627. numer. 8. & fuit dictum in Vicen. juriſdictionis 2. Maii 1650. §. quia in caſu coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & in aliis relat. in Melevitana nullitatis profeſſionis 27. Ianuarii præteriti §. prout nec pariter in fine coram me.

Tum etiam quia d. Pontifex in prima ſua Conſtitutione alteram Greg. XV. confirmavit, & ulterius præciſam formam præſcripſit circa modum erigendi Con- 25
ventus, ideòque illa omitti non poterat abſque nullitatis erectionis vitio, ut reſpondit R. ta *in Cæſaraugustana fundationis Conventus* 18. *Maii* 1657. §. *& apertè, & in* 26
§. rurſus pro nullitate coram R. P. D. *meo Bevilaqua.* Nec ex eo, quod in alia poſteriori ejus Conſtitutione fuit irrogata pœna ſubjectionis Ordinariorum quo ad Monaſteria erigenda, cum minori numero duodecim Religioſorum, cenſeri poteſt voluiſſe d. Pontificem convalidare erectiones jam in præcedenti Conſtitutione annullatas: quandò enim præcedit lex, ſeu conſtitutio prohibitiva, & annullativa actus, ſi deindè alia nova fiat, quæ pœnam ſuperaddat, non tollitur nullitas in a- 27
lia priori conſtitutione contenta, ſed ea magis confirmatur juxta diſtinctionem *De-*
cius in cap. concupiſcentia in ſecunda lectura numer. 21. verſ. ſed tamen de conſtit. & in cap. in nomine Domini, numer. 21. verſ. ſecundus caſus de teſtibus, Bartol. in l. prætor ait §. interdictum ſub numer. 3. de nov. oper. nunciat. Menoch. conſ. 996. numer. 18. & ſeqq. Altograd. conſ. 64. num. 56. in fine lib. 2. Rota coram Millin. deciſ. 327. numer. 14. & aliis relatis fuit firmatum in eadem deciſ. hujus cauſa coram R. P. D. meo Albergato §. Gratis verò.

Nec aliud videtur ſenſiſſe teſtator in caſu propoſito, dum reſpiciendo nu- 28
dum factum derogationis, ordinavit, quod in caſu, quo dicti Patres illam non obtinuiſſent, in ejus hæreditate ſuccedere deberent Rochus & alii, ut ſuperius dictum fuit, ad effectum enim purificationis conditionis, de qua agitur, ſola exiſtentia, ac nudum factum attenditur *ad text. in l. qui hæredi 44. in principio, ubi notat* 29
Bart. ff. de condit. & demonſtrat. Honded. conſil. 6. num. 44. lib. 1. Caſanatt. conſ. 4. num. 42. Cyriac. controverſ. forenſ. cap. 50. num. 9. & dixit Rota deciſ. 453. num. 3. in fine par. 2, recent,

Nec refert, quod dd. Patres pro conſtructione conventus, de quo agitur
licentiam obtinuiſſent, à R.P.D. vicesgerente, qui facto verbo cum San.mem. Inno-
centio X. derogavit omnibus conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis
Quia cum in ea nulla fiat mentio, quod ſpecialiter fuerit derogatum ſupradictis
30 conſtitutionibus, nec appareat fuiſſe expoſitam Pontifici enixam teſtatoris volun-
tatem circa talem derogationem, & quod ex reditibus controverſæ hæreditatis
non potuiſſent ſubſtentari niſi quinque fratres, dicendum eſt, vel quod talis li-
centia non ſit abrogatoria earundem conſtitutionum, quæ ut munitæ clauſula ſub-
31 *latâ* ac decreto irritanti ſpecialem requirebant mentionem. *Gabr. de clauſ. concluſ. 3.*
num. 4. Monet de commut. ultimarum volunt. cap. 7. num. 232. ſed contineat ſolum
ſimplicem facultatem conſtruendi monaſterium, quæ copulativè à Pontifice, &
loci ordinario ad dictum effectum requiritur, ut firmavit *Rot. in Cracovien. funda-*
tionis Monaſterii 19. Aprilis 1649. & 20. Iunii 1650. coram R. P. D. meo Celſo. in
Toletana manutentionis 7. Februarii 1656. §. non etiam bonum jus coram me, in
dicta Cæſarauguſtana fundationis *conventus 18. Maii 1657. §. & apertè determinatur*
coram R. P. D. meo Bevilaqua confirmata ſub 12. Novembris ejusdem anni coram me.
neque ex eo; vel quod ſaltem ea ſubreptitia reddatur, dum Pontifici non fuerunt
narrata ſpecificè inſufficientia redditnum, & omnia onera injuncta per dictum te-
32 ſtatorem, quæ vel retraxiſſent Papam à gratia, vel difficiliorem eum reddidiſſent
juxta Theoricam *Ioan. And. in cap. 2. num. 2. de filiis preſbyt. in 6. Honded. conſ. 27.*
nu. 65. lib. 1. Oldrad. conſil. 247. nu. 3. Alex. conſ. 60. nu. 22. lib. 2. Rota in Firmana fidei
commiſſio 18. Maij 1657. §. primo quia Franciſcus coram R. P. D. meo Priolo in Alerien.
canonicatus 10. Maij 1458. §. ſubreptio ex eo coram R. P. D. meo Bevilaqua.
Et quod verè dictus Pontifex intentionem non habuerit concedendi talem
33 derogationem mediante dd. vicesgerente, apertè ex eo colligitur, quia ipſemet
eam declaravit in plena ſignatura gratiæ ſub die 9. Junii 1654. dum requiſitus ab u-
traque parte, an ſub hujuſmodi licentia intellexerit derogare prædictis conſtitu-
tionibus, reſcripſit: *ſerventur Conſtitutiones Apoſtolicæ*; ex quo benè dignoſcitur
34 ipſum non derogaſſe, neque Domino vicesgerenti hanc facultatem illis derogan-
di conceſſiſſe, ut fuit ponderatum in *alia deciſ. coram R. P. D. meo Albergato §. ex*
eodem ſignaturæ.
Hinc ceſſat aliud motivum in contrarium deductum ad inducendam dictam
35 derogationem ex reſcripto ſacræ congregationis concilii emanato ad inſtantiam dd.
Patrum per ea verba, *jam proviſum à Sanctiſſimo mediante Domino vicesgerente.* E-
tenim cum d. Congregatio ſupponeret, quod omnia antea fuiſſent rectè narrata
Pontifici, & quod ipſe derogaſſet aſſertis conſtitutionibus; ideò ob reverentiam
noluit manus apponere, reſpondendo ſimpliciter ſub dd. verbis, quæ propterea
36 dum factum ſupponunt, nullam inducant novam diſpoſitionem, *c. ſi Papa de*
privil.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

privil. in 6. Clem. 1. *in fine de præben. Rota dec.* 2. *de procurat. in antiq. & deciſ.* 55. *numer.* 4. *par.* 1. *recent. coram San. mem. Greg. XV. deciſ.* 208. *numer.* 2. *& ibi adden. numer.* 7.

Præterea nec demum ad ſuſtinendam erectionem dicti monaſterii refraga-
tur, quod aliundè à Patribus prædictis, commodè parari poſſint alimenta pro ma-
nutentione duodecim Fratrum mediantibus redditibus ipſius congregationis, ac
eleëmoſynis, quæ fieri poſſent ex concurſu piarum perſonarum ad d. Eccleſiam;
quam teſtator juſſit, ut in conventu erigendo tot Patres commorari deberent, quot
ex redditibus ſuæ hæreditatis, deductis expenſis neceſſariis pro Eccleſia alimentari 37
poſſent, ibi: *Dichiarando che vi debbano ſtare tanti Padri, quanti l'entrata della
mia heredita potra mantenere dedotte le ſpeſe della chieſa à ragione di ſcudi 50. per Padre,*
injungendo ad hunc effectum ſuis hæredibus onus obtinendi ſupradictam dero-
gationem ſub illa clauſula, *& non aliàs*, & ideò videtur noluiſſe ſuam hæredita- 38
tem dictis Patribus relinquere, quàm ſub dicta conditione, qua proindè non ad-
impletâ inſtitutio defeciſſe dicitur, & factus locus ſubſtitutis in caſu contrario vo-
catis. *Rota deciſ.* 86. *num.* 39. *&* 40. *& deciſ.* 222. *num* 14. *&* 15. *par.* 6. *recent.* &
planè comprobat *d. deciſio jam edita in hac cauſa in fine principii & §. ſed etiam, ac
in Bononien. domus* 27. *Novembris præteriti* §. 1. *verſ. ideòque petita immiſſionis co-
ram Reverendiſſ. D. meo Decano.* Ea enim quæ conditionaliter diſponuntur, quo- 39
ties conditio eſt voluntaria, ſicut in hoc caſu, non valent per æquipollens adimple-
ri, ſed formaliter ac ſpecificè per ſe adimpleri debent juxta doctrinam *Bart. in l.* 40.
Gallus §. *quid ſit tantum col.* 2. *verſ. contra hoc oppono ff. de liber. & poſth. conſ.* 110. *nu-
mer.* 9. *&* 10. *lib.* 3. *Honded. conſ.* 60. *num.* 27. *verſ. formaliter Caſanatt. conſ.* 4. *num.*
46. *latiſſimè Altograd. conſ.* 46. *num.* 12. *& ſeqq.* præſertim quandò prout hic in e- 41
ventum non purificatæ conditionis eſt facta particularis proviſio, *Cuman. conſ.* 38.
Galganett. de condit. par. 1. *c.* 6. *num.* 4. & dixit *Rota deciſ.* 433. *ſub num.* 4. *par.* 1. *di-
verſ.* Nec inſuper dd. Patres poſſent ſupplere ex redditibus aliorum conventuum,
ut prætendunt, cum ad hunc effectum omninò ſit neceſſarium beneplacitum A- 42
poſtolicum, ſicuti firmatum fuit *in d. deciſ. R. P. D. mei Albergati* §. *ut igitur &c.*

DECISIO TERTIA.

Epiſcopus præſumitur habere juriſdictionem in quolibet loco ſuæ diœceſis.
exemptio monaſterij ab ordine & ordinariis, intelligitur de ordinariis religionis.

REVE-